

TRACTATUS DE
PROTESTA
TIONIBVS TRIVM
CLARISS. IVRISCONSVL
torum Constantij Roggerij,
Martini de Ve. & Ioan.
de Agufellis.

1200/ estom
en la tene
1200/



ITEM DE EXCEPTIONIBVS
NEPOTIS A MONTALBANO.

De Recusationibus, Stephani Aufrierij.

*In hac editione praeter diligentem recognitionem, & plu-
rimorum locorum restitutionem, Accesserunt
Summaria & Indices copiosi.*



Bib/

Coll. Soc. I. E. S. V. Salm. ex dono Regum.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.
cb. Id. LXXXIX.

Cum Priuileg. Caf. Maieft. ad sexennium.



TRACTATUS
CONSTANTII ROGGE
RII DE PROTESTA
TIONE.

S V M M A R I A.

- 1 Delectatio in operatione quid operetur.
- 2 Malitias hominum viribus totis esse resistendum.
- 3 Malitia utens erga se ipsum, & amicos, pessimus merito dicendus est.
- 4 Quodammodo, dictio hac, cuiusdam nota est improprietas.
- 5 Cupiditas veri boni inserta est à natura humana menti.
- 6 Consuetudo vna quadam quadam alia repercutitur consuetudine, natura verò nullo modo.
- 7 Protestationes qua ratione fuerint inuenta.
- 8 Prudentia rerum metitur exitus, non quod ob oculos situm est.
- 9 Prudens merito dicitur, qui futura praevidere dignoscitur.
- 10 Ordo certus in quavis dispositione non parum confert memoria.

Præfatio.

SAEPE mihi otio Incumbenti, ac operationis fructum cogitanti scintillat animus, præsertim cum apud maiores nostros fructuosæ operationis laudes delectare dignosco. Nam, ut inquit Aristoteles † libr. 4. Ethicorum c. 5. vnusquisq; circa hæc, & in his operatur, quæ maximè diligit. sine operatione non fit delectatio: coauget operationem propria delectatio, & confirmat operationes, & diuturnos & meliores facit. Et (ut inquit Iesus filius Sirach) In Ecclesiastico c. 4. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane. Et ut legitur